



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Ad uictoram pro torcularibus psalmus Dauid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

I O
Qui appelle
diem incert
int fideles
apientia
frustra labo
a solum labo
um consili
urus natus
nisi set, sed
ur induc
conari ve
stus & no
nescit su
u cadet,
titir lap
qui for
in eo, &
riplum
San
recard
tentat
s cor
indi
eius
Con
tū ut
infat
tice
IN PSALMVM VIII.

Mirco dē versu eisdemq; uerbis, & gratias agit, & iusticiam laudat, & natu
ram eius delicit: Esse scilicet eam donum gratuitum dei, p quo sit laudādus
& cantandus. Quare scdm iusticiā eius, hic intelligendū omnino, ut sit idem
quod, ppter iusticiā eius, ut sit sensus: Laudabo dñm īxternū, quia ipse est
iustificat, qd nisi faceret, nec iusticia mea scdm conscientiam, quia ipse est
aliquid. Nam nomen dñi supra diximus esse laudem qua prædicatur, bonus,
misericors, saluator &c. Et in hoc nomine credens, iustificatur & salutatur: Talis deus
enim est deus, qualis creditur unicuiq;. Damnati uero & impñ nullum ei no
men tribuant, illi quod nihil boni de eo sperant, hi q non indigent. Vnde Pro
verb. xviiij. Turris fortissima nomen dñi, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur.
Et Ro. x. Omnis qui invocauerit nomen dñi, saluus erit.

Ab hoc igitur nomine cum ueniat iusticia & salus, ac lata conscientia, dum forti
ter in ipsum creditur, non aut ex nostris uiribus aut operibus, recte docet non
nisi nomini dñi iusticiam dei tribuēdam, & eidem psallēdum, prædicandum,
celebradum, quo & alijs per hanc confessionem & prædicationem idem nomen
cognoscentes, credant, & saluiiant. Prope idem dicit psal. I. Docebo iniquos
uias tuas, & impñ ad te cōuerterē. Et iterū: Exultabit lingua mea iusticiā tuā:
Vbi impñ iusticiam suam exultat, ut sapientiam dictum est.

Quare confiteri & psallere hoc loco non priuatum gratitudinis officium so
lummodo significant, sed etiam publicum uerbi gratiae ministerium, quo no
men dei hominibus manifestatur.

Vtilis & necessaria erit huius psalmi oratio, si aduersus diabolum oretur, siue
hora mortis, siue qua alia desperationis cōtatione. Nā ipse est prie diabolus,
id est, calumniator, qui nos accusat, & conscientiam etiā in his confundit, qua
recte gessimus, & deo placent, tum quae male egimus supra modū magnificat,
utrobiq; onerosissimus, & importunissimus Semei, Aethiops tērribilis, ma
ledicens, insultans, urgens in hac uerba: Ecce præmunt te mala tua: Egredere
egredere, uir sanguinum, reddit tibi dñs uniuersum sanguinem domus Saul.
Et reliqua quae ex hac historia licet cuilibet ad tropologiam trahere. In quibus
David nostrum oīum exemplū est, docēs nos ea quidem sustinere debere, sed
simil expectare benedictionē dei, pro maledictione & afflictione ista.

PSALMVS OCTAVVS.

Ad uictoriā pro torcularibus psalmus David.

NOVV S hic titulus, quid per torcularia sua uelit, tanta uarietate disputa
tum est, ut ego me fatuar confusum nescire, quis inter tot melius senserit. Tres
enim sunt in uniuersum psalmi, qui torcularia in titulis praefixa habent: Hic
octauus David inscriptus, octuagessimus Asaph, & octuagelimusterius fi
lijs Coreh. Nec est uerissimum (id quod hebræorum præstantiores concedunt)
Dauidem, hunc psalmum in torcularibus Palestinarum composuisse, quādo
eadem ratione & Asaph & filios Coreh, sūt ibidem composuisse sequeretur:
Nec legi David fuisse in torcularibus Palestinae, sed in Geth (qua postea lite
rarum simili platione, Gaza dicta est) ciuitate Palestinae; etiā si Geth significet
torcular, qd hic r̄t̄r̄. by al Githith, super torcularibus dicit. Nec mihi satis
facit, qd alij uideatur, hunc psal. factum, ut canere ē in festo tabernaculorū, ubi
collectus frugib; & uindemij finitis, deo gratiae agebantur.

P ij Proinde

In horae mora
tis, & angua
stiae cōficien
tie, hic psal
orandus.

Proinde, quandoquidem literam quærimus, prope in Lyram non
tiam, qui Githith, arbitratur esse instrumentum musici nomen proprium
Aut concedendum est priscis patribus, qui mysteria secuti per torcularia
telligunt martyria, passiones Christi & Ecclesiae. Siquidem & nonnulli
psalmi, notant aliquo insigni præter usum, uocabulo ut uidetur in latere
quo moueremur ad spiritum quæredum. In his relicto cuiuslibet suo iudicio
cularia mystice esse passiones recte dicitur, ut Isaiae, lxxij. Torcularia calcaria
lues. Quod omnes de passione Christi intelligent, Verum beatus Augustinus
Per torcularia paßiones satis eruditæ, per torcularia intelligit ministerium uerbi dei in Ecclesia, in qua
intelligitur. sententiam plures scripturæ consonant, ut Isa. v. Et torcularia extraxit in ea
cicut enim boves in area terentes, significant prædicatores, j. Corinth. ix. calcantes in torcularia eosdem significat, Hinc uinacria, & palea, tritum &
num, in scripturis passim significant populos uerbo dei, uel eruditos, uel erudi-
tatos. De quibus non est nunc locus dicendi.

Et hæc sententia ad scopum psalmi facit, in quo describitur nomen domini
in terra magnificatum, populus Christo subiectus, & destrutus inimicis.
Iam quando ex ore infantium, & lactentium perfecisse uitrem, & exaltare
gloriam suam dicitur, ipsam sane prædicationem Euangelii & uerbi encide-
tur. Verbum crucis conterit & humiliat homines mundi, & in unum corpus multos colligit, sicut torcularia
notat, qua hæc omnia facta sunt & fiunt: Certe uerbum crucis, sicut torcularia
uinum in lacum. Atq[ue] ita Prophetæ uisum est, de spirituali quadam torcularia
canere. Neque sic tamen alienum est a proposito, passiones intellegi per torcularia
sustineri passiones.

DO MINE dominus noster, quam admirabile est nomen tuum
in uniuersa terra: Quoniam eleuata est magnificencia tua
super coelos.

Hæc duo uersus sunt, unus in hebreo, & alterū nomine est sacrum **תְּהִלָּה** Terra
grammaton, alterum, יְהֹוָה Adon, prophanan, & commune etiā hominibus.
Permisisit autem Interpres sibi, ut dominus noster in nominativo dicere, ubi
Hieronymus in uocatio, domine dominator noster recens transtulit. Admirabile,
quod יְהֹוָה adit dicitur, magnificum, magnum, excellens, sonans. Vnde
Hieronymus: Q[uod] grāde est nomen tuum. Magnificentiam uero, Hieronymos
gloriam reddit. In hebreo autē יְהֹוָה, proprie laudem & confessio significat,
A quo nomina, Iuda, & Iudaea, a laudando & cōfessando dicitur. Gen. xlxi, Iudea
te laudabunt fratres tui. Nam quod hic transtulit: Quoniam eleuata est magni-
ficencia tua super coelos, psal. cxlvij, dixit: Confessio eius super coelum & terram.
Et omnino uidetur, utroq[ue] uersus idem significare, siq[ue]dem & illuc dicitur: Exal-
tatum est nomen eius solius. Q[uod] hic, admirabile est nomen tuum, dicitur. Et illuc,
Confessio eius super coelum & terram, Hic: Magnificentia super coelos.

Ex prædictis autem notum esse relinquo, q[uod] nomen dei non unum, sed
multa, scilicet quicquid boni dici potest, ut sit idem, quod bona fama, gloria,
opinio, prædictatio, qua prædicatur, creditur, cognoscitur, speratur, diligatur,
tenetur (id est, uere colitur & honoratur) solus potens, sapiens, bonus, iustus,
uerax, suavis; simulq[ue] pereat hominum gloria & opinio, ne quis ultra potens,
sapiens,